



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**S. Francisci Xaverii E Societate Iesv Indiarvm Apostoli  
Novarvm Epistolarvm Libri Septem**

**Francisco <de Javier>**

**Romæ, 1667**

Epistola X. Quibusdam Mercatoribus Lusitanis recens appulsis in Iaponiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46129](#)

## E P I S T O L A X.

*Quibusdam Mercatoribus Lusitanis re-  
cens appulsi in Iapo-  
niam.*

**Q**uod hujus inscriptio Epistolæ vestra quibus mittitur de more nomina non præfert, minus mirabimini cum quod res est, scietis: hanc ipsam mihi fuisse scribendi causam, ut ea cognoscerem. Oro ergo vos ne gravemini edere qui sitis? quo nomine vocetur quæ vos huc advexit navis? aveo etiam nosse Malacæ quid agatur? pacata ne illic & tranquilla cuncta reliqueritis solventes? Hoc brevi ad nos rescripto, peto; dignemini exponere: atque interim quæso boni consulatis, suggerere me vobis, ut aliquantum temporis occupationi vestri negotij suffuremini quod recognitioni conscientiæ impendatis. Mihi credite, ista demum est mercatura longè omnium quæstuosissima, ex quâ lucrum provenit haud paulò & uberiorius & certius, quam ex commutatione mercium Europæarum cum velleribus aut pan-

nis



nis sericis Sinensium ; utcumque istâ negoti-  
atione fructus pecuniæ ipsi sorti ac capi-  
ti æquetur . Cogitabam , si Deus annue-  
rit , vestris literis acceptis continuo isthuc  
excurrere ad salutandos vos . Deus Domi-  
nus Noster pro suâ Immensa Clementia te-  
neat nos semper omnes suâ Divinâ manu ,  
& nos conservet in hac vitâ per suam gra-  
tiam constantes & fixos in obsequio suæ su-  
premæ Majestatis . Amen . Amangucio Kal.  
Septembris An. CICICLI .

Frater in Christo Vester .

Franciscus .

Hoc  
ini ex-  
consu-  
antum  
uffure-  
mpen-  
t mer-  
berius  
mer-  
pan-  
nis

Sequentis Epistolæ inscriptio exterior  
in Autographo Archetypo Romæ servato sic  
ad verbum habet : *A my en Christo Santo  
Padre Ignatio , vnde nos ejus titulum qui se-  
quitur , expressimus .*

EPI-

